

55. *Otto, Archidiakon des Pleißenlandes, beurkundet, dass der Propst des Klosters Eisenberg, Konrad, mit Einverständnis des Klosters den Zwickauer Priester Heinrich Wegehaupt zum Pfarrer der Pfarrkirche zu Zwickau bestellt hat.*

1323 März 30, Zeitz

Original nicht zu ermitteln. — Abschrift: ThStA Altenburg, Landesregierung 4209, fol. 6 (15. Jh.) (B), durch Unterschrift beglaubigte Abschrift des öffentlichen Notars Heinrich Schroter: Auscultata est presens copia per me Hinricum Schroter notarium publicum et concordat cum suo originali de verbo ad verbum, quod protestor manu mea subscripta. — Regest: Regesten Eisenberg, S. 347, Nr. 86. — Zur Sache: Kahleyß, Bürger und Kirche, S. 610.

Nos Otto dei gratia archidiaconus terre Plisenensis recognoscimus tenore presentium litterarum, quod constitutus in nostra presencia discretus vir Conradus prepositus sanctimonialium in Isenberg parrochiam ecclesiam in Czwickaw ad monasterium in Isenbergk iure incorporacionis ab antiquo pertinentem cum capellanis sibi adherentibus locavit Henrico prisbitero^{a)} de Czwickaw dicto Wegehewbt a dominica Quasi modo geniti proxima per triennium continue computandum pro^{b)} duodecim marcis^{c)} argenti sibi et conventui suo persolvendis annis^{d)} singulis in terminis infra scriptis. Dabit quidem Henricus predictus de parrochia predicta in hoc primo anno in festo pentecostes quinque marcas argenti, in festo Michaelis tres marcas argenti, in festo Martini quatuor marcas argenti et in sequentibus duobus annis solvet monasterio predicto in festo pasce sex marcas argenti et in festo sancti Martini sex marcas argenti, dabitque Gerdrudi^{e)} famule quondam Rudolphi rectoris quondam eiusdem ecclesie comedere^{d)} et bibere ac aliis sibi servientibus. Et pro eo recipiet de orto dotali in Osterwegen unam marcam argenti in festo Martini annis singulis persolvendam; preterea decimam papalem, si requisita fuerit, solvant prepositus et conventus; procuratorem visitoris nomine solvat vicarius; sed subsidium, a quocunque fuerit institutum, similis et equalis prepositus et vicarius solvere tenebunt et cetera. In huius rei testimonium sigillum nostrum cum sigillis prepositi et conventus monasterii in Isenbergk, de eius conventus consensu dicte locatorum contractus est factus, presentibus duximus appondendam. Datum Cyce anno domini M^oCCC^oXXIII, feria quarta in septimana pasce.

a) so (B) b) per (B) c) marcas (B) d) folgt gestrichen in terminis (B) e) Gerdudi (B) d) so statt comedere (B)

56. *König Ludwig der Bayer beurkundet, dass er mit König Johann von Böhmen über die Ablösung von Burg und Stadt Altenburg sowie der Städte Chemnitz und Zwickau die folgende Vereinbarung getroffen hat: König Johann soll vier Wochen nach dem kommenden Weihnachtsfest 2.000 Mark in Regensburg an König Ludwig bezahlen. Ludwig soll das Geld nach Nürnberg bringen und damit Burg und Städte von der Meißner Markgräfin und ihrem Sohn auslösen, um sie dann bis Fastnacht an König Johann zu übergeben. Wenn dies nicht gelänge, sollen die 2.000 Mark an König Jo-*